



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

V. Heredes iussa testatoris tenentur adimplere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

CAP. IV.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo.

Monachi corpora hominum tam viuorum, quam mortuorum, ad ecclesiam suam deferre non audeant, sine consensu & petitione eius ecclesie, quae ei dum viueret, consuluit, & consulendo viaticum suum administravit. Quod si fecerint, veluti inuasores sanctae ecclesiae sub districta anathematis interpositione, quousque satisfaciant ecclesiae, fieri praecipimus, omni remota fraternitatis occasione. Similis modo vnaquaque ecclesia totius ordinis, aliam quamlibet inuadere pertimescat: sin autem, eodem anathematis vinculo sciat se a nobis proculdubio subigi.

16. q. 1. Agapetus. 13. q. 2. Vbicumque.

CAP. V. *Item ex Concilio Maguntensi, cap. primo.*

Si heredes iussa testatoris non adimpleuerint, ab episcopo loci illius omnes res, quae his relictae sunt, canonicè interdicanur, cum fructibus & ceteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur.

DE PRÆE MINENTIA
LONDONIENSIS ET EBORACENSIS,
& de priuilegiis generaliter vel specialiter indultis, & de eorum abusu & confirmationibus.

PARS
XLIV.

CAP. I.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo.

CVM certum sit, pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia aeterni regni praemia reseruari, nobis tamen necesse est eis honorum beneficia tribuere, vt in spiritualis operis studio ex remuneratione valeant multiplicius insudare. Et quia noua Anglorum ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & eo laborante, perducta est, vsum tibi pallii ad sola Missarum solennia peragenda concedimus: ita vt per loca singula duodecim episcopos ordines, qui tuae subiaceant ditioni, quatenus Londoniensis ciuitatis episcopus semper in posterum a Synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & apostolica, cui auctore Deo deseruio, sede

Lib. 12.
epist. 15.

Ssss iij